



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

305. Ubi in jure, & à quibus materia hæc de Coadjutoriis tractetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)



TRACTATUS II.
DE
COADJUTORIIS.
CAPVT PRIMVM.
DE NATURA ET DIVISIONE
COADIVTORIÆ.

Quest. 305. Vbinam in iure tractetur de Coadjutoris, & à quibus in professo tractetur hæc materia.

Respond. ad primum: Sunt de iis textus *c. ult. de Clerico egrot. & pluribus aliis cap. ejusdem tit. uti & c. unico, eod. tit. &c.* Item Tridentinum sess. 25. c. 7. de reformat.

2. Resp. ad secundum: Tractant de iis Campegius speciali tractatu, Remouchamps in *synopsi de Coadjut.* Ventrigl. *rum. 2. annot. 13. §. unico.* Barbof. *Juris ecclesiast. l. 3. c. 10. & de potest. Episc. p. 3. allegat. 63. & collect. ad c. 7. sess. 25. Trident. & in collect. ad c. unico, de Clerico, egrot. in 6. Castropal. tr. 13. de benef. d. 1. punct. 9. & 10. Garc. de benef. p. 4. c. 5. Gamb. de off. Legat. l. 5. rubric. de Coadjutor. Scipio de Rubéis in *aphorism. Episc. v. Coadjutor.* Riccius p. 3. *collect. an. 489. & p. 6. collect. an. 2218. & collect. 2425. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. & seg. Lotter. de re benef. l. 2. g. 25. Parif. de resign. l. 7. g. 20. Bertsch. de Episc. p. 1. l. 1. g. 3. & p. 2. l. 4. g. 13. Lambert. de jure par. p. 1. l. 2. g. 6. 4. 20. Rebuff. de nominat. g. 8. à n. 44. Quintanadven. Ecclesiasticon. l. 2. à n. 30. Novarin. *singul. concl. tit. de Coadjut.* Aldan. *compend. canonic. resolut. l. 3. tit. 18. Gratian. disceptat. forens. c. 805. à n. 31. Ludovic. à Saravia tract. de jurisdiction. adjuntor. g. 29. Campan. ad divers. juris rubricas. rubric. 7. c. 6. à n. 102. Monet. de option. can. c. 4. g. 8. Fusc. de visitat. l. 2. c. 27. à n. 5. Camill. Borrell. in *sum. omn. decis. tit. 9. de Cler. egrot. n. 10. Mendez. de Valconcellos divers. jur. argum. l. 4. c. 1. Laym. in c. 3. §. 6. de Clerico. egrot. item in c. unico. eod. tit. in 6. Cardin. de Luca de benefico. in *sum. à n. 185. &c.*****

Quest. 306. Coadjutor quid sit, & unde sic dictus.

Resp. Coadjutor sic dictus ab officio coadjuvandi alium. Castrop. *tract. 13. punct. 9. n. 1. Fagn. in c. ex parte. de Cler. egrot. n. 13. & n. 20. P. Lemenii Vicar. Episc. Tract. II. De Coadjut.*

Quemadmodum Tutor à tuendo. Fagn. *cit. n. 13. Remouchamps in synopsi de Coadjutor. c. 1. n. 30. propriè quidem, in genere tamen, pro ut abstrahit ab ecclesiastico & sæculari, est, qui adjungitur Rectori, aut Administratori, ut eum in officio & administratione coadjuvet. Barbof. *jur. eccles. l. 1. c. 15. n. 6. vel ut Fagn. loc. cit. n. 21. ex Jo. And. Coadjutor est, qui ad hoc datur ex causa juris vel judicis auctoritate, ut coadjuvet ministri vel præsentis officium. Unde etiam nonnulli Coadjutorem Vicarium Episcopi vocant; quia Vicario nomine administrat. Remouch. *c. 8. n. 21. Gonz. ad reg. 8. gl. 5. §. 9. n. 40. ubi, quod Coadjutoria sint fere Vicaria temporales.***

Questio 307. Coadjutoria quomodo definienda?

Resp. in genere definiiri potest, quòd sit gratia, quã quis à superiore ad id potestatem habente alteri in subsidium adjungitur, explendi officii causã. Nicolarts in *Concord. German. tit. 1. dub. 8. §. 2. vel ut explicatius Remouch. loc. cit. c. 13. n. 1. quòd sit gratia, quã per principem ecclesiasticum vel sæcularem, aut alium potestatem à jure vel consuetudine habentem, persona idonea in gratiam utriusque, vel tantum in supplementum alterius persone inidoneæ certo officio administrando ex causis legitimis pro hono Ecclesiæ vel Reipublica deputatur.*

2. Dicitur primò gratia juxta Remouch. *loc. cit. n. 2. quia Coadjutoria sine forma judicii conceditur, rex attestationibus extrajudicialibus ac beneplacito concedentis. Vel potius dicitur gratia reflexivè ad eum, in cujus subsidium conceditur, quatenus, nimirum, is redditus inidoneus, aut minus sufficiens muneri suo exequendo, ab eo non removetur, ne afflicto addatur afflictio. Vel reflexivè præcipuè ad Coadjutoriam perpetuam, quæ est cum futura successione, utpote quæ liberaliter omnino conceditur in favorem quoque Coadjutoris, & rationem expectativæ involvit. Remouch. *loc. cit. c. 3. n. 11. adeoque uti huic, ut & ipsi beneficio, ita etiam Coadjutoria nomen**